7 – 3 – 2 -1 Citations concernant Philibert Commerson par Cavanilles A.J. dans

Dissertatio botanica de Sida, et de quibusdam plantis quae cum ilia affinitatem habent.

Volume 1 à 5.

Volume 1 : pas de citation trouvée.

Volume 2

Sida exstipularis. Commerson Synonyme de : *Abutilon exstipulare*

Diss. 1, Diss. Bot. Sida 1: 31 (t. 7, fig. 3) (1785). et Diss. 2, Secunda Diss. Bota. 56 (t. 14, f. 2) (1786)

Commerson herbier et manuscrit.

…. *dit Commerson. A observé à l'ile de Bourbon et a dessiné. Vu plante sèche par de Jussieu et Thouin.*

91. SIDA EXSTIPULARIS. *Commerson.* (Tab. XIV. f. 2.)

S. Foliis cordatis, acutis, subtomentosis, exstipulatis : pedunculis axillaribus, solitariis, unifloris, petiolo brevioribus. *Com. herb. et manusc.*

Caulis altus, erectus, teres, tomentosus.

Folia cordata, apice peracuta, marginibus obsolete crenata aut repanda, utrinque tomentosa, subtus incana, longissime petiolata. Stipulæ nullæ.

Flores axillares, solitarii, pedunculati, pedunculis petiolo duplo aut triplo brevioribus, geniculatis.

Calyx basi obtuse quinque-angulatus, supra semiquinque fidus; laciniis lanceolatis, acutis, patulis.

Corolla lutea, immaculata, patens, sesquipollicaris, petalis inæqualiter rotundatis.

Tubus basi latus, pentagonus, stamina in apice tantum sustinens numerosa, setacea. Antheræ parvæ, subrotundæ, luteæ.

Germen globosum. Stylus ſemimultifidus, *dixit Commersonius* : stigmata plura.

Fructus tomentosus, calyce paulo maior, subcylindricus, supra nonnihil cavus. Capsulæ subtriginta monospermæ.

Habitat in Insula Bourbon, ubi eam observavit, ac delineandam curavit Commersonius. Iconem nondum editam vidi apud D. de Jussieu : plantam vero siccam apud ipsum et apud D. Thouin.

Obs. *Hæc species ordine ponenda est post Sidam occidentalem n° 52, atque post ipsas sequens.*

Malva ovata Synonyme : *Malvatrum americanum*

Observé par Commerson au Brésil. Plante sèche par Thouin

Sida vesicaria Synonyme : *Abutilon indicum* subsp. *indicum*

J'ai vu une figure parmi les inédits de Commerson, qui est conservée par D. de Jussieu.

Je vois un calice et une corolle deux fois plus petits que Commerson.

Ruizia, Dombeya, Assonia, Pavonia

… nouveaux genres que j'ai trouvés dans l'herbier Commerson

Observ. *Figuram vidi inter ineditas Commersonis, quæ asservatur apud D. de Jussieu, quæque huius vesicariæ videtur : idem est habitus, eadem foliorum figura, pedunculorumque situs ac proportio. Corollam vero et calycem video duplo minorem in Commersonia.*

Ruizia, Dombeya, Assonia, Pavonia nouveaux genres que j'ai trouvés dans l'herbier Commerson

(*a*) *Ruizia*, *Dombeya*, *Assonia*, *Pavonia*, genera sunt nova, quæ in Commersonis Herbario reperi, quæque honorare volui nominibus trium hominum qui maximum iter Peruvianum et Chilense ingenti gloria perfecerunt, et quarti, qui historiam naturalem ornat, atque amplificat suis operibus. Hi ergo sunt D. Ioſephus Dombey Gallus, atque DD. Hippolytus Ruiz, Iosephus Pavon et Ignatius de Asso Hispani. Qui vero dictorum generum characteres videre cupiat, Prospectum perlegat quem pro sequenti dissertatione ad huius calcem apposui, quæque, Deo favente, in lucem publicam quamprimum prodibit.

TRIGUERA Synonyme : de *Solanum* pour la description dans Diss. 2 : 1 (1786) et de *Hibiscus* dans Diss. 1 : 41 (1785).

Triguram est un nouveau nom de plante que Commerson fut le premier à découvrir, à décrire et à dessiner, à laquelle il donna le nom de Pentapetes

(*a*) In honorem amici mei D. Candidi Mariæ de Trigueros de Botanica bene meriti, qui hoc genus reperit in Bœtica, descripsit, mecumque humanissime communicavit cuique plura alia debeo in hoc opusculo descripta.

Ne vero TRIGUERÆ nomen ullam pariat ambiguitatem, quum superiori anno idem alteri plantæ indiderim, sciant velim, me TRIGUERAM nominasse plantam, quam Commersonius primus reperit, descripsit, atque delineandam curavit, cui nomen PENTAPETES imposuit. Hæc certe novum genus constituebat, ut ego dixi; at ignorabam tunc temporis, D. Solandri amicos, ut iacturam repararent; quam dignissimum huius viri nomen fecerat (expunctum enim erat a filio Linnæi e generum catalogo, ut ex SOLANDRA, HYDROCOTILES species augeret) plantam, quam ego TRIGUERAM dicebam, ipsos SOLANDRAM nominasse. Nunc vero lubentissime PENTAPETEM Commersonis, SOLANDRAM et ego nomino, et novam hodie plantam TRIGUEROS dico.

D::

Althaea coromandeliana Synonyme : *Alcea rosea*

le seul exemplaire chez D. de Jussieu, dans l'herbier Commerson

Les… ont été coupées lorsque j'ai examiné ce modèle

Habitat in Pondicheri. V. S. unicum exemplar apud D. de Jussieu, in herbario Commersonio.
Tabulæ erant incisæ quum hoc exemplar examinavi.

Malva subhastata Synonyme : *Malvastrum coromandelianum* subsp. *coromandelianum*

… des voyages de Commerson…Spécimen de Bourbon.

Volume 3

Hibiscus ficulneus Synonyme : *Hibiscus diversifolius* subsp. *diversifolius*

Commerson. Herbier. Dessiné

211. Hibiscus ficulneus. *Lin.* (Tab. LI. f. 7.)
H. Caule fruticoso verrucoso, ramosissimo : foliis quinquefido-palmatis, superioribus oblongis, ovato-lanceolatis : floribus subspicatis terminalibus.
H. Foliis quinquefido-palmatis, caule aculeato, floribus pedunculatis. *Lin. Sp. Plant. n°. 13.*
H. Ficulneus. *Commerson. herb. Figur.*

Hibiscus liliflorus

Ile de Bourbon … où D. Commerson l'a trouvé pour la première fois, l'a décrit et l'a fait dessiner;

Habitat in Insula Bourbon prope montes et sylvas, ubi primus eam reperit, descripsit atque delineandam curavit D. Commerson, qui novum genus Cremontiæ *nomine ex hac arbore efformavit, quamque ego* Hibiscis *adnumero. Floret mense Augusto.* ♄. *Vernacule* Fleur de S. Louis. *V. S. communicatam a D. de Jussieu.*

« Les herbiers de Commerson lui ont procuré trois des plus beaux genres de cette dissertation, le Ruizia, l'Assonia, et le Dombeya, que ce voyageur botaniste avait donnés sous des noms déjà attribués à d'autres genres fort éloignés, et dont il avait donné des descriptions que M. Cavanilles adopte en partie, en lui rendant la justice qui lui est due ».

Extrait des registres de l'Académie Royale des Sciences, du 23 décembre 1786.

Hibiscus digitatus Synonyme : *Hibiscus sabdariffa*

Observé par Commerson . En herbier chez D. de Jussieu, un exemplaire unique composé de feuilles et de fruits calibrés

Habitat in Braſilia ubique cultus, et sylvestris circa Rio-Janeiro. Fructificat mense Iulio. Observat. a D. Commerson. V. S. unicum exemplar, foliis ac fructu calyculato constans, apud D. de Jussieu.
Obs. *Abunde distinguitur ab omnibus speciebus : calyce nempe exteriore ab aculeatis ; foliis vero a reliquis.*

Dombeya decanthera Nom valide.

Observé par Commerson , herbier communiqué par DD. De Jussieu et Thouin

Habitat in Madagascar. ♄. *Observata a D. Commerson. V. S. communicatam a DD. de Jussieu et Thouin.*

Ruizia cordata Nom valide.

... M. Commerson. à qui l'on doit toutes les espèces de RUIZIA, ASSONIA, DOMBEYA, PHOENICEA exceptées,….

J'ai vu une variété de cette espèce, que Commerson a donnée comme distincte de la suivante, dans laquelle les sinus des feuilles sont plus profonds, tout à fait...

Aucun botaniste ne sait combien Commerson a investi dans l'augmentation du trésor du règne végétal…
Mais il n'est pas clair pour tous combien d'habileté, combien de critiques il a utilisées dans l'examen et les descriptions des plantes…

En effet, il savait qu'il aurait peu de gloire pour lui-même, et peu de perfection de botanique, si, comme il l'avait fait, il avait arpenté presque toutes les régions du monde connu, et en avait rapporté des plantes,… et avait découvert les caractéristiques de chacun.
Le plus riche herbier de Commerson...

…comme aussi les Hibiscus, les espèces les plus nombreuses et les plus belles, sont dues aux voyages de Commerson ...

Huius speciei, quam ut distinctam dedit Commersonius a sequente varietatem vidi, in qua foliorum sinus profundiores sunt, omnino similes sinubus quorumdam foliorum sequentis speciei. An ad hanc sit referenda potius quam ad R. CORDATAM? *An vero omnes unicam efforment speciem? Dicent qui vivas iterum examinabunt. Ego vero interea ex innumeris huius generis fragmentis, quæ attente examinavi, quatuor distinguam species, quæ, quamquam varietatibus plurimis intermediis catenam ut ita dicam efforment, diversæ sunt foliorum figura : quod eo libentius facio, quod et Commersonius ipse tres dedit icones omnino diversas quæ* RUIZIAS *sistunt* CORDATAM, LOBATAM *et* PALMATAM, *quibus et ego quartam certissime ab omnibus diversam addidi pro* RUIZIA LACINIATA.

Dombeya tomentosa Nom valide.

Vit à Madagascar. Observé par Commerson. Plante séchée chez DD de Jussieu et Thouin, dont chacun conserve un exemplaire uniqueDombeya tomentosa

178. DOMBEYA TOMENTOSA. (Tab. XXXIX. fig. 3.)
D. Foliis cordatis, subrotundis, crenatis, tomentosis, venosis, venis fere circularibus, floribus umbellatis.
Caulis arboreus, ramosus, ramis ut et tota arbore valde tomentosis.
Folia alterna, longe petiolata, petiolis subæqualia, cordata, subrotundo-acuta; venosa, venis arcuatis, arcubus quasi ex petioli tamquam centro descriptis, septemnervia, valde tomentosa, crenata. Stipulæ coriaceæ, lato-ovatæ, acuminatæ, ciliatæ, semiamplexicaules.
Flores umbellati : pedunculus communis longissimus, axillaris, solitarius in summitate ramorum : apice bifurcatus, duabus umbellis terminatus : radii sub 20 pollicares : ex bifurcatione pedunculus solitarius longior, uniflorus.
Calyx exterior triphyllus : foliolo medio cordato, subrotundo-acuto, sessili, venoso : lateralibus subovatis, in petiolum desinentibus : interior paulo maior, laciniis reflexis.
Corollæ petala subrotundo-falcata, unguibus angustata.
Reliqua ut in congeneribus : at antheræ breves.
Fructus deest in exemplaribus.
Habitat in Madagascar. ♄. Observata a Commersonio. V. S. apud DD. de Jussieu et Thouin, quorum quisque exemplar unicum conservat.

** CALYCIS EXTERIORIS FOLIOLA ANGUSTISSIMA.

Assonia populnea Synonyme : *Ruizia populnea*

Observation J'ai copié toutes les description dans les manuscrits de Commerson, sauf celle que j'ai écrits en italiques.

…à côté de laquelle on trouvera écrit de la main de Commerson : KONIGIA PENTAGYNA FOLIIS CORDATIS, .. comme j'y ai fait allusion ci-dessus.

Hibiscus phoeniceus Nom : valide

Herbier communiqué par DD de Jussieu et Thouin des collections de Commerson et Sonnerat.

J'ai copié tout cela textuellement de Commerson… sauf ce qui est en italique…

… specimen conservé par de Jussieu, spécimens à côté duquel se trouvera écrit de la main de Commerson…

Habitat in Insulæ Bourbon sylvis montosis Divi Pauli pago imminentibus. Floret mense Maio. ♄. *V. S. communicatam a DD. de Jussieu et Thouin.*

Obs. *Hæc omnia ad verbum transcripsi ex Commersonii codice 2, illis exceptis quæ italico charactere ſcripta sunt. Verumtamen laudati auctoris descriptio duo continet quæ castiganda duxi, quæque ipse procul dubio correxisset, si plantam iterum observaverit, atque ultimam manum et observationibus et operi apponere potuerit. 1°. Calycem dixit simplicem, qui duplex certe est, quamquam exterior adeo minimus, ut non nisi attente flores et fructus examinando conspiciatur. 2°. Nihil dixit de staminibus quinque sterilibus, atque omnium numerum sic exposuit 15-20-25. Ego vero viginti dumtaxat idque constanter reperi, quorum quinque sterilia, latiora, et paulo breviora.*

Ne vero dicatur aliam ipsum, aliam me plantam descripsisse, consulatur figura quam ille dedit accuratam, quæque asservatur apud D. de Jussieu: consulantur etiam specimina, iuxta quæ reperietur Commersonii manu conscriptum: KONIGIA PENTAGYNA FOLIIS CORDATIS, &c. *ut supra innui. Quæ omnia si cum mea descriptione ac tabula comparentur, plantæ idemtitas reperietur.*

Hibiscus phoeniceus Nom : valide

… collection de Commerson et de Sonnerat…

Habitat passim in India orientali. ♄. *V. S. communicatum a DD. de Jussieu et Thouin ex collectis a Commersonio et Sonneratio.*

Obs. *Planta supra descripta diversa omnino est a præcedenti, quamquam Lin. fil. ambas coniunxerit: Hibiscus enim phœniceus D. Jacq. non nisi glabritie differt a nostro, quod fortasse culturæ tribuendum.*

Specimina vidi apud D. de Jussieu, quæ utrum ad H. phœnic. tamquam varietatem referam, dubius hæreo: facies enim, atque inflorescentia est fere eadem; at corolla alba, sicque observata anno 1764 in R. H. P. atque in herbariis legitur: Ketmia zeylanica foliis cordato-hastatis, flore albo, seminibus hirsutis.

VOLUME 4

Geranium sessiliflorum Nom : valide

Observé par Commerson. Herbier communiqué par D. de Jussieu.

Habitat in Freto Magellanico, observatum a Commersonio. V. S. communicatum a D. de Jussieu.

Obs. *Differt hæc species a G.* ARGENTEO *Lin. pedunculis omnibus unifloris, brevibus; foliis longissime petiolatis, nec sericeis; acu denique aut pyramide brevi, crassa.*

Geranium moschatum Synonyme : *Erodium moschatum*

La description exacte de Commerson, qu'il a donnée de la plante Bonarensis dans ses manuscrits, est entièrement en accord avec celle-ci : pourtant les spécimens séchés que j'ai vus sont fournis avec des feuilles d'un pied ou plus de long…

II. *Commersonii accurata descriptio quam de planta bonariensi dedit in manuscriptis, omnino convenit cum hac mea : exemplaria tamen ab ipso desiccata, quæ vidi, foliis instruuntur pedem et amplius longis, atque pinnulis pollicaribus.*

VOLUME 5

Hibiscus calyphyllus   Nom : valide

Ile de Bourbon…Observé par Commerson. Unique exemplaire en herbier de D. de Jussieu.

Habitat in Insula Bourbon in via quæ ducit ad Fleurimont, observata a Commersonio. V. S. unicum exemplar apud D. de Jussieu.
a Capitulum. *b* Flos integer. *c* Calyces. *d* Corolla. *e* Germen: *f* Genitalia.

Bombax erianthos Synonyme : *Ceiba erianthos*

Trouvé par Commerson… Unique exemplaire en herbier de D. de Jussieu

Habitat in Brasilia prope S. Sebastianum. ♄. *Commersonius reperit. V. S. unicum exemplar apud D. de Jussieu.*
Obs. *Hæc species, foliis præcedenti similis, distinguitur ab ea innumeris characteribus ut patet ex descriptionibus; quinimo diversa antherarum figura et situs poterit alicui botanico notam sufficientem præbere ut ex ea genus efformet.*